



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Quid sibi velit expansio, elevatio brachiorum & manuum Sacerdotis.  
Extensio & junctio manuum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

nebræ per tres horas obruerunt tertam, tūm altè locutum esse pronuntiando benedicta & emphatica illa septem verba, & in unionie orationis tuæ & meam exilem offeram Patri tuo.

Oculorum Sacerdotis elevatio eriget mentem meam & spem in Deum, augebit desiderium cæli & contemptum mundi, docebitque omne donum de sursum descendere à Patre luminum. Oculorum Sacerdotis demissio humilitatem, & vilitatis meæ agnitionem inculcabit, recordari etiam faciet, quomodo in tota vita tua & in passione tua sæpè oculos tuos amabiles in cælum elevaris, sæpè in terram & in Cruce etiam ob-inclinatum sacrosanctum caput tuum defixeris. Utinam non aliter, quam purâ intentione, & in tuorum infinitorum meritorum unione ego oculos meos unquam elevem aut deprimam. Scio Domine voluntatem tuam esse, ut oculos deprimendo aspiciam omnes creaturas, adversa prospera, &c. ut media ad finem meum ultimum, elevando verò hunc finem ardenter con-cupiseam. Fiat Domine, fiat.

*Quid sibi velit expansio, elevatio brachiorum &  
manuum Sacerdotis. Extensio & junctio  
manuum.*

**D**um brachia expandit versus Altare Sacerdos, cogitabo Domine tuas in Cruce expansas manus esse ad amplectendum quemicunque peccatorem. Item quid omnia ad te trahas exaltatus à terra, & tua pro nobis vul-

vulnera idendidem expansis manibus æterno Patri tuo & justitiae infinitæ divinæ præsentes. Et quia & in particulari judicio juxta piorum variorumque Doctorum mentem expansis manibus in forma crucifixi cuilibet, antequam pro tribunali sedeas, es apparitus, aut saltem ideam hanc cuilibet judicandæ animæ impressus. Debeo gratiæ tuæ cooperari, ut expansas ad me amplexandum manus retineas, nec me unquam repellas. Dum brachia expandit Sacerdos versus populum, cogitabo, quod ipse in persona tua populo velut peccatus caritatis pandat, vota precesque colligat, & expansas manus statim jungendo eas acceptet, & tibi Patrique æterno præsentet.

Dum elevat Sacerdos brachium altius, cogitabo id fieri; ut magis & pro se & populo exaudiatur. Et Ecclesia sancta tua Domine illud Thren. 4. nobis inculcat: *Levemus corda nostra cum manibus ad Dominum in calos.* Et sic levabo cor meum maximè, dum Sacerdos consecratam hostiam & calicem elevat. Quia sic tu Domine quasi levaris in aera, & præsentaris æterno Patri ut victimæ, ob quam is nil denegabit. Memor etiam tunc specialiter ero, quod benedicta Mater tua te puerulum mox elevarit, mox in cunas reposuerit.

Dum manus extendit Sacerdos versus Altare, facit id ut Legatus Deum inter & homines. Quod autem manus extensa se invicem respiciant, per id significatur amor mutuus, sine quo nulla potest esse efficax oratio. Porrò in exten-

extensione manuum supremitas digitorum debet esse in cælum directa , ut discam mi Domine debere quoque animum meum in cælum directum esse;

Per junctionem manuum Sacerdotis , quæ semper ante quamlibet benedictionem fit , significatur mihi , virtutem omnem benedictionis provenire à divina & humana natura conjunctis in persona tua Ó fili æterne , ab unione nostra tecum , & eum proximo , quia hæc est omnis lex & Prophetæ . Hanc triplicem unionem mihi ut in æternum evenire velis , junctis suppliciter oro manibus.

*Quid lotio manuum ē pectoris percussio.*

**C**um extremitates digitorum lavat Sacerdos , nolit id in speciem ad exemplum Pilati facere & Pharisæorum , quales prò dolot etiam sunt inter Christianos , utinam non Sacerdotes . Spero mi Deus in veritate me profiteri posse ( interim non scit homo , an odio vel amore dignus , & de propitiato peccato non debet esse sine metu ) quod à gravioribus peccatis liber sim , & ideo extremitates digitorum lavem . Quod desiderium verum habeam etiam à levioribus culpis me purificandi , si in quam fors etiam post Missam inchoatam lapsus essem .

Dum manū percutit Sacerdos pectus dicens *Agnus Dei* : rogo te mi Domine , ut tollas peccata mea , & pacem mihi des tecum in æternum . *Ad Domine non sum dignus* ter percutiendo pectus protestor me indignum esse sumptione S. Corporis tui . 1. Ob meam nibileitatēm . 2. Ob